

re derivatur. Cic. Valetudinem tuam cura diligenter, hoc est, A languorem, infirmitatem. A qua valetudinis dicitur, qui male sani sunt, & frequenter agrotant. Aliquando valetudo sanitate significat. Cicero. Sed nunc valetudini tribuamus aliquid.

Et est communis usurpatio, ac definiti potest constitutio corporis, in qua nec doloribus cruciamur, nec in vitæ actionibus impediuntur. Unde si ab hac constitutione defleat, a-gritudo erit.

CONSERVANDÆ RATIO.

Cicero libro 16. Epist. famil. Scripsit, ad bonam valetudinem requiri concoctionem, jucunditatem, deambulationem moderatam, ventris purgationem, & animi tranquillitatem, denique ciborum simplicitatem. De hac Horatius.

Accipe nunc vitæ tenuis, quæ, quantumque secum adferat: Imprimis valeas bonè, nam vacue res. Ut noceant homini, crudas, memor illius esse. Quæ simplex olim.

B Valetudinem conservare secundum Rhasium in Almanfore, est in motu, & quiete, cibo, & potu, nec non in superfluitatibus, & expulsionibus mensuram debitam observare, malis rempessive occurrere, animales voluptates refrænare, & sui notitiam gerere, etiam præcipue rerum, quæ aut prodesse possunt, aut obesse.

Scriptum de conservanda valetudine libellum ad filios Henrici Ranzovius, ubi varios illius modos, certamque methodum tradit, ac remedia etiam adversus obvias infirmitates proponit.

LEONARDUS Lessius de Societate Jesu Theologus sui sæculi, & soli præstantissimus, qui vitam in longos annos extendit, usus evadit valteridinis medio, quod aliis præscripsit, positissimum eam constituit in recto victus ordine, ac cibi, potusve certa moderatione, non molesta, quæ affligat, & debilitet, sed quæ naturæ accommodata, recreat, ac vires corroboraret. Scripsit ea de re tractatum sub vitæ occasum, excitatus tum utilitate objecti, quod tractandum suscipiebat; tum eleganti, & ameno scripto super eodem argumento Ludovici Comari Veneti.

C Veratur omnium manibus libellus sub nomine Scholæ Salernitanæ, quem Doctores Academicæ illius in gratiam Regis Angliæ olim edidisse, & concinnasse feruntur, in quo varia sanitate conservandæ remedia adferuntur, ut constet ex ejusdem præambulo sive Ilogoge, quæ sic se habet:

Anglorum Regi scribit Schola tota Salerni. Si vis incolumem, si vis te reddere sanum, Curas tolle graves, irasci crede profanam, &c. Scripsit autem in eundem, eruditum atque utilem commentarium sive exegetim Arnoldus Villanovanus, quem re-purgavit ad extremum Joannes Curio, & medicis aliquot opusculis auxit.

* Vanitas.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Vanitas nomen variè usurpatum apud Hebræos, ac variis etiam nominibus exprimitur, quæ supervacaneum duximus hic adferre. Communior, & quæ Latino, D & etymo respondeat, est *Habes*, & *vanitas*, quod vel habitum, quæ nomine significat, ab *Habal*, evanuit, vilis fuit. Eo-que nomine appellatur Moyses filium Adami Abel, qui primus fuit iustus, à quo populus Dei incrementum sumpsit, ut diximus in loco de Ecclesia: quia citò evanuit, volebantque parentes eo nomine sibi infingere memoriam propriæ, & insiditæ sibi ipsi mortalitatis. De quo vide *Pererium*, & *Lorinum* in capite 1. Eccles. itaque vanitas, quam *vanitas* appellat Græci, nominis sui latitudine quamvis mutabilitatem cum defectu completitur, neque de sola corruptione intelligitur.

Vanum est, inquit, *Chrysostomus* super. Ps. 118. quod utilitatis est expertus, & habet nomen sine re. Immo Guiliel. Parisiensis ait libro de universo capite 52. quod nec plenitudinem continentem consistit, nec fulcimentum innitenti, nec fructum laboranti.

Idem docet *Pet. Boreborius*, verbo *Vanum*, addens vanum, & vanitatem semper fumi in partem deteriorem: ac distinguit naturalem omnium creaturæ, quæ ex nihilo est, & nihilum redigi potest; & in temporalem bonorum terrenorum: in personalem peccatorum, in criminalem operum malignorum.

Gregorius Nyssenus definit vanum sine re sonum, ut sunt vocabula nihil significantia. Deinde cuius nullus usus, & scopus certus, licet fiat magno studio, ut verbi gratia adificium in arena: venatio venti, certamen cum umbra. Denique cum quis frustratur sine. Unde S. Hieronymus dicit, opum Deum de se pronuntiasse, Ego sum, quisum: eo quod mundana omnia vana sint, & nos ipsi ea magnis vana reddimus, quando nos ipsos illis per peccatum subicimus, quæ alioquin per rectè facta nobis lege divina subiciuntur, ut eleg. Augustinus libro de moribus Eccles. cap. 21. & de quant. anime, cap. 33.

DE VANITATE TERRENRUM.

Petantur nonnulla ex loco de Mundo, Vita, Divitiis, Nobilitate, Homine.

Mundi vanitatem Apostolus depingens, ait, Præterit figura hujus mundi, Græcè *σκιμα*, id est habitus, species, ac status mundi fugax est. Ubi considerandum mundo Apostolum non tribuere formam, hæc enim est solidior, & constantior; sed figuram, quæ mobilis est, fugax, & evanida, hinc Anselm. Nolite constanter mundum diligere, quando ipse, quem diligitis, non potest constanter incassum cor, quasi manenter fugitis, dum fugit ipse, quem amatis. Si mundus fugit ergo & tu pte, & omnia, quæ mundo clauduntur.

Præterit ista dies, nescitur origo secundæ, An labor, an requies, sic transe gloria mundi. Et nosse Lipsius, vitæ tam sapiens, quam homine, & humanis cunctis celsior, cum de scientiarum, & rerum humanarum vanitate sæpe loqueretur, magno animi sensu solebat dicere, Quod diu præmeditatum suo sepulchro inscribi iussit:

Vitæ altiori voce me tecum loqui? Humana, cuncta, fumus, umbra, vanitas, Et scena imago, & verba ut absolvam, nihil.

Etenim mundus instar scenæ, in qua peragitur fabula vitæ hujus, homines personæ sunt, intrant, abeunt: locus theatricus est terra. Generatio præterit, inquit Ecclesiastes cap. 1.4. & generatio adventu, terra autem in æternum stat. Dux in scena sunt portæ, ingredientibus ortus, egredientibus occasus, sive mors; vestes quæque hic commodat accipit: qui regem agit, non aufertur secum purpuram, quam hic gestavit. Brevi finitur hæc Comœdia. Audi Senecam:

Prima, quæ vitam dedit, Hora carpsit.

Pulcherrimè, & brevissimè singularum rerum, quæ sunt in hoc mundo fugacem vanitatem, sigillatim, & quasi punctim perstringens describit *Nazianzenus* tract. de vitæ itineribus. qui extat sub finem operum ejus: Quis sum? inquit, unde in vitam veni? quis rursus, postquam aliquantisper terræ gremio retentus, à pulvere ad vitam rediero, futurus sum? ubi nam tandem me Deus collocabit? multa quippe ærumnosa vitæ hujus via sunt, nec ullum bonum apud homines est, quod non aliquod vici admixtum habeat.

Atque utinam non majorem quoque partem mala sibi vindicarent. Insidie sunt opes, sublimiumque thronorum, & dignitatum fastus mera sunt infamia. Imperio alterius sub-H esse grave, ac molestum; paupertas pudica. Pulchritudo porò brevis, atque fulguro similis; juvenus nihil aliud, quam temporis fervor; canities, tristis vitæ occasus. Sermones verè alati, gloria aer, nobilitas vetus sanguis, robur cum apris commune, fatietas petulant, matrimonium vinculum, libertorum copia curæ necessariz mater, orbis morbus, forum vitionum Scholæ, quæ imbecillitas, artes abjectorum hominum, angustus alienus panis, agricultura labor; navigantium major pars in orro, patria proprium barathrum, externa regio probrum. Hæc ille.

Deinde idem Auctor omnia simul complectens, eorum vanitatem multis, atque similitudinibus spectandam proponit, atque: Omnia denique mortalibus laboriosa sunt; humana omnia, metus, risus, lanugo, umbra, ros, status; volatus, vapor, infomnium, fluctus, navis vestigium, aura; pulvis,

pulvis, orbis quidam perpetua conversione similia omnia A volvens, nunc stabili, nunc rotans, nunc labilis, nunc fixus: anni temporibus, diebus noctibus, laboribus morte, mœroribus, voluptatibus, morbis, calamitatibus, secundisque rerum successibus, Nunc verò hoc à te non sine magna sapientia, Christe, constitutum est, ut res omnes hujus vitæ incerte, atque instabiles sint: nempe ut rerum firmarum, stabiliumque amore, ac desiderio inardescamus; utque discamus à stultæ carnis cogitatione mentem abrumpere, inaginemque illam, quam divinitus accepimus, puram, atque integram conservare, vitam hac vitæ alienam ducere, ac denique cum altero mundo mundum hunc commutando, difficultates omnes hujus vitæ, molestiasque forti animo perferre.

Patheticè verò *Sapiens* c. 5. vers. 8. impiorum querelam, & seram penitentiam hujus vanitatis adamata describens, eandem comparat tenui umbra, nuncio præcurrenti, navi mare fecanti, aut transvolanti, sagittæ emissæ, lanugini, spumæ, vento, hospicio unius diei.

Chrysost. hom. 39. populum Antiochenum instruens, qua ratione morbo superbia mederi possumus, ita ait: Fortis es, & altum fapis, nonne propter magis humiliari debet? Quare lapis altum in re vilissima? Nam & Leo te est audacior, & aper fortior, nec es ad eos culex. At & latrones, & fures, & gladiatores, & servi tui fortiores sunt: hoc igitur laude dignum? sed pulcher es, & speciosus. Cormicum ostentatio, non es pavore pulchrior, neque propter flores, neque propter alas. Verum & cygnus valde pulcher est, & alia aves multæ, quibus si fueris comparatus, aspicias te quoque nihil. Frequenter autem & viles pueri, & innuptæ virgines, & meritoriz mulieres, & molles viri gloriam hanc habuerunt. At es locuples: unde? quid possides? Aurum, argentum, lapides preciosos. Hæc est & latronum, & metalla scrutantium gloria. Sed ornaris, & comeris. Verum & equos comptos videre licet, apud Persas quoque camelos, & hominum verò scenicos omnes. Non confunderis in his alia sapiens, in quibus bruta tecum sociantur, & servi, & homicidæ, & molles, & latrones, & fures? Sed propter vocem altum fapis. Cygno, lucinaviæ nunquam tu suavis canere poteris. At inartibus varietate. Et quid apud hoc sapientius? Qui Phrygio, C quis pictor, quis geometres hujus opera poterit imitari? Sed in vestis sublimitate. Verum hanc arantæ tibi præstant. At in pedum velocitate, rursus primas ferunt bruta, lepus, & caprea. Sed acutè cernis, tamen non sicut dorcas, nec ut aquila. At auditum habes acutum, sed asinus auricorem. At olfactum verum canis præcedere non sinit, &c. Vides quantum nobis rerum examinatio conferat. Omnibus hominibus altiora sapiens etiam brutis vilior inventus es. Et multo post. Unde igitur, o homo, dignus es brutis imperare? Ex ratione. Sed non inest superbo: cum enim ea non, ut debet utatur, etiam illis peior est.

Exclamat, & merito, *Persius*. O curas hominum, o quantum est in rebus inane.

Quasi illud Ecclesiastici ingenieret, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Ubi nonnulli intelligunt per ultimam hujus sententiæ partem, hominem, de quo David Ps. 38. Universa vanitas omnis homo vivens, & iterum Ps. 61. Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in lateris, id est, latera; semper mobiles.

D CELEBRITAS SENTENTIÆ ECCLESIASTICÆ.

VANITAS VANITATUM, &c.

Ceterum sententiæ hujus celebritatem, ac sanctitatem plura commendant. Narrat *Massæus* lib. 7. hist. Indic. cum ex religione juramenti in India pro Evangelii, Bibliiæ, quæ Christiano ritu tangenda erant, liber prolatus esset, in quo varii generis lusus, & cantica Lusitanico sermone scripta continebantur, nonnullis tamen immixtis, ut sit, sententiæ moralibus, atque dverbis, incidisse Christianum, qui jurare debebat in hæc verba: Vanitas Vanitatum, & omnia vanitas: tunc divino correptum zelo horrore prosternum, & legitimum ad iusurandum habuisse, ac si pro vulgari eo libro sacrosancta utriusque testamenti volumina contigisset.

GILMER, Vandolorum Rex, ductus in triumphum cum confanguineis, aliisque proceribus Belisario, ut in Hippodromo purpura amictus constitit, ac Imperatorem Justinianum.

L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. VII.

num in alta sede constitutum, populumque circa astantem conspexit, (verbo utor *Procopii* libro 2. de bello Vandalarum) ac demum seipsum, in quod factum pervenisset, consideravit, neque flevit, neque aliter conquestus est: tantum illud Hebræorum voluminum memoravit: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

CHRYSOSTOMUS tom. 5. declamans in Eutropium Eunuchum, paritum, Consulem, Præfectumque cubiculi Arcadii Augusti, cum, offenso Principe, delitesceret sub altari Ecclesiæ, cui ipse antea jus asyli abrogare conatus fuerat, exorditur ad hunc modum: Si unquam antea, nunc licet dicere. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Ubi nunc inclytus ille consularis splendor? ubi illustres illæ faces? ubi applausus illi, choreæ, epulæque, & festi conventus? &c. Tum verò comparationem ponens cum foliis dejectis, & arbore radicibus vacillante, cum somnio nocturno, cum floribus vernis emarulescentibus exacto vere, cum umbra, fumo, bullis, araneis, addit, quæ sunt in libro Sapientiæ capite 5. 8. de nuncio prætereunte, nave transeunte, aut transvolante, sagittæ emissæ, hanc subdit sententiæ dignam pietate Chrysolomi, perutilem ad pietatis excitandum, fovendumque studium: Quapropter spiritua hoc dictum occinimus indefinenter, dicentes: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Hoc enim dictum in parietibus, in vestibus, in foro, in ædibus, in viis, in fenestris, in januis, sed potissimum in ipsa cuiusque scientia continenter inseruntur esse oportet, omnique tempore cogitationi obversari: quandoquidem negotia fraudulenta, & personata, ac inimica veritatis opinionem ad plerisque sibi paraverunt. Hoc dicto in prædico, in cœna, in cœtu quemque proximum suum compellere oportebat, idemque ab ipso vicissim audire, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, &c.

Hinc dicto Fulgentius adhuc Monachus, nondum Episcopus Ruspensis, quando Romæ spectabat Theodorici regem circumdatum Romana curia, Senatu, & nobilissima pompa, non se continuit, quin exintimis efferret similem sententiæ, feliciter, ad illa supernam Hierusalem desiderandam, vehementer exardefcens, præsentique admonens: Quam speciosa potest esse Hierusalem cœlestis, si sic fulget Roma terstris? & si in hoc sæculo datur tanti honoris dignitas diligentibus vanitatem, qualis honor, & gloria præstabitur Sanctis contemplantibus veritatem? Auctor vitæ apud Surium 1. Januarii.

Præclarum in hoc eodem genere documentum Spiritidion Tryphillio aulicum Constantii apparatus, ac majestatem admirandi edidit. In actis apud Surium 12. Decemb.

Haud absimilia narrat de Antonio Athanasius, Cùm Imperator ad eum litteræ delatæ essent, extantque hujus vanitatis cognite, ac prædicatæ à viris sanctis exempla permuta. Lege-eruditam inductionem, qua Athanasius Martineugis mysticæ declarans inanitatem, & vanitatem terræ, demonstrat in impiis, & in regibus, eorumque potentia, opus, delicias, vanitatem. Tom. 1. p. 2. Glossa magna in Genesim, pag. 1234. & 1235. P. 10. Hieronymum in Isaiam lib. 11.

Verè itaque Pythagoras: Οδρος ΘΕΟΥ τῶνος ἀπειλοῦ δὲνα οὐ τὴν γὰρ ἴσως τὰ δ' ἄλλα δὴν. Stob. serm. 1. de virtut.

Sed ille ratiocinatus est optime, qui nuntium remittens mundo, dixit: Linquo coax vanis, cras corvix, vanaque vanis. Ad logicam pergo, quæ mortis non timet Ergo. Subiicere jam dictis visum fuit Rhythum D. Bernardo adscriptum primitus, paucis tamen ob metri rationem immutatam, & auctum, quo pius Lector mentem suam non parum reficiet, eamque à sæculi hujus vanitate ad celestium bonorum desideria accendet.

Cur mundus militat sub vano gloria, Cujus prosperitas est transitoria, Tam citò labitur ejus potentia, Quam vasa figuli, quæ sunt fragilia, Plus fidas literis scriptis in glacie, Quam mundi fragilis vana fallacia: Fallax in præmiis virtutis specie, Nec quidquam possidet plenum fiducia, Magis crediderim viris mendacibus, Quam mundi miseris prosperitatibus, Falsus in somniis, & voluptatibus, Falsus in studiis, & vanitatibus, Dic ubi Salomon olim tam nobilis? Est ubi Samson nunc Dux invincibilis? Ubi pulcher Absalon vultu spectabilis? Aut dulcis Jonathan semper amabilis? Bbb

agro Arelatenſi habitarent; fabulo, ac ſterili ſolo, ab ipſo terra conditore Deo fecunditatem precibus impetravit. Mox inde diſcedens, vaſtoris ſolitudinis latebras petiit, ibi quaerens domicilium locum, ubi non facile mortalium de ſerumores audire poſſet. *Fobertus Carnot.*

Juncos item fama ſanctitatis regumque Britanniae ſtirpe juxta clarus, dum ſolitarius habitaret, & ſignorum, que ſecerat, rumor multos ad viſendum eum à diverſis partibus, invitaflet, videns in tanta ſe aduentum frequentia periclitari humilitatem, in ulteriorem deſerti angulum ſedem tranſtulit, ut tam ab inanis gloriae cupidine ſemotus eſſet, quam à conſuetudine hominum *Rodolph. Agric.* carmine ſcripſit. ejus vitam.

EULALIUS quoque Monachus criminis olim ſuſpectus, ut innocentiam probaret jubente Abbate, fiſcellam, quam de palmis ſolis ipſe tulerat, igni impoſuit, atque ubi à flammis eam laedi non poſſe animadvertum eſt, non ſolum omni ſuſpitione abſolutus, verum etiam à miraculo in veneratione haberi à fratribus coepit. Caterum ſe in celebritate eſſe indignè ferens, procul inde ſecefit in deſertum, maluitque in ſpeluncis cum feris habitare, quam in monaſterio ab hominibus honorari, memor dictum eſſe à Propheta: Salvabuntur, qui fugerint ex eis, & erunt in montibus quali columbae convallium. *In vitis PP.*

Sed quid de Hilarione Abbate dicemus? qui jam ſexagenarius cernens circa ſe tum monachorum multitudinem, tum eorum, qui fanandi ad eum undique in vita mercedem recepiſſe ajebat. Abire cupientem inhiabant. Denique biennio in tali animi ſolitudine peracto, cum poſtremo comedere nollet, donec diſceſſum impetraret, & jam dies ſeptem nihil guſtaſſet: ne inedia ſenſeretur, dimiſſis reliquit Palaſtinam. Praeterea gloriam ſemper fugiendo, dum crebro ſedem mutat, Bethlium, Peluſium, Theubaton, Babylonemque peragravit, deinde Aphroditon, eremum Antonii, ruſum Aphroditon, Alexandriam, Ofam, Brutium, Parconium, inde Siciliam, & inde Epidaurum: at poſt haec Cyprum. In cuius inſula vaſtoris, miniſque noto angulo cum ſeſe abdidiſſet, diu latere non potuit, miraculis eum ubique prodentibus. Quia tamen viribus partim ætate, partim labore exhaustis, inde jam emigrare illi incommodum erat, ibidem & fugæ finis, & vita ſuit. Hunc tamen in ipſo honoris contemptum praeter cætera extollens Hieronymus: Mirentur, inquit, alii ſigna, quae ſecit, mirentur incredibilem abſtinentiam, ſcientiam, humilitatem: ego nihil ita ſuſpeo, quam gloriam illum, & honorem calcare poſuiſſe. Concurrerant Epifcopi, Presbyteri, Clericorum, & Monachorum greges, Matronarum quoque Chriſtianarum, grandis tentatio, & hinc, & inde ex uribus, & agris vulgus ignobile, ſed & potentes viri, & Judices, ut benedictum ab eo panem, vel oleum acciperent. At ille nihil aliud quam ſolitudinem meditabatur. *Hieron. in vita Hilarionis.*

S. Gregorius Turonum Epifcopus reliquias Sanctorum ſemper in collo geſtabat, ut quoties miraculum ederet, non ſuis meritis, ſed reliquiarum beneficio adſcriberet. *Surius tom. 4.*

S. ULRICUS Auguſtinus Epifcopus, cum die Jovis ſancto viſeſſent, cum eo ſacrum facientes SS. Fortunatus, & Adalbero antecellentes; dextera quoque manus conſecrans tempore conſecrationis ſuper eum apparuiſſet, tempore communionis clericiſ, qui viderant porrectamos, compreſſit, ut viſum oculatarent, & poſt ſub pena amittendæ vitæ vetuit, ne patefacerent. Eadem de cauſa, cum morbum caducum curare poſſet, publicè id potentibus negavit.

S. NICETUS Trevirorum Antifites, reſſe. *Greg. Turon. lib. de vita Patrum*, ad cavendam inanem gloriam, ſignum crucis ſub veſte formavit, cum publicè curaret dæmoniacum.

S. Anno Archiepiſcopus Coloniſis, cum ei ſecus viam quidam obviam fieret, dicens ſe viſione monium, ut aqua, qua manus in Miſſa abluſiſſet, illum oculos; aſperſis verbis eum repulit, vocans impoſtorem; cæcus verò cum à ſacri miniſtro aquam impetraſſet, viſum recepit. Eteim poſtea gratias Epifcopo agere vellet, longè acrius eum excepit, quod Deum tentaflet. Miniſtro autem, qui aquam dederat, leniter alapam inſegret, ac utriusque prohibuit, ne ſe vivo cuiquam rem propalarent, ſed Deo tantum gratias agerent. *Apud Surius tom. 6. lib. 2. c. 3.*

S. Bernardus novus ſæculi Thaumaturgus, ne ob crebra miracula ſibi aliquid eſſe videretur, in hæc verba prorupit. Ex ſcripturis didici ſigna fieri; vel per perfectos, vel per ſictos. Ego nec perfectionis mihi ſum conciuſ, nec fictionis.

Nihil ergo mihi, & tignis iſtis, quandoquidem mea ſilla fama magis, quam vite novem exhiberi: nec ad meam fieri E commendationem: ſed ad communionem potius, ad fructum autem aliorum, & ad fovendam de me bonam opinionem.

In hac ſalutarium virtutum parte feminas quoque ſua laude fraudare non decet. Thabita virgo ſacra monaſterii magni Thebaidis cum ſe omni humilitate deſceſſit, inſanire putabatur. Verum quia ſtultum Deo ſapientius eſt hominibus. Sancto Pierio Abbati in eremo degenti revelatum fuit, illius merita ſuis eſſe potiora. Proinde ad viſendam eam perrexit, & reſponſa, quæ divinitus acceperat, palam fecit. Ex quo ipſa ut vidit ſe non jam, ut ſtultam contemni, ſed potius ut ſanctam honorari, clam diſcedens monaſterium paſſet, honoremque dereliquit, & in ſolitudine vitam duxit.

Maria natione Gallica de vico Nivella Epifcopi Leodiſis, ignobilis genere, celebris ſanctitate, frequentiam hominum illuc ad ſe viſendam turmatim accurrentium moleſtè ferens, precata eſt, oſtendi ſibi locum ſancti quæſiti magis opportuum. Et revelatione accepta diſcedens, tridui iter arripuit, nullo labori parens, ut humilitatem conſervaret Pervenitque quò volebat ad Eccleſiam Sancti Nicolai cognomento Decegny. & ibidem ſolitaria conſedit. Ferunt facelli illius fores, cum clauſa, obſerataque eſſent, advenſanti ſua ſponte protius pariſſe, ut ut hinc intelligas, gloriam humanam fugientibus facilem præberi aditum ad gloriam Angelorum, *Jacob. Vitæ. Cardin.*

Euphrata etiam Chriſto dicata, virgo ſignis in Thebaide divinitus factis clara, cum puerum quemdam paralyticum, mulieremque phanaticam ſanitati reſtituiſſet: ne miraculorum magnitudine inſolereſceret, laboribus cumulum addidit: crebris utens jejunii, vigiliis, precationibus, cæteriſque corporis exercitiis, nullum otio tempus remittens, ne deſidioſa aliquando cogitaret ſe aliquis momenti eſſe, cum nihil aſtitam mallet. Igitur tametsi à monaſterio non recediſſet, invenit tamen quemdam modum abſeſſe poſſe à gloria. Corpus enim caſtigando, & in ſervitum redigendo conſentire cogit ſpiritus, ſemper humilitatem aſſectans. *In vitis PP.*

EXPUGNATÆ VANÆ GLORIÆ

INDICIA.

Indicia quadam ſuggerit in ſuo Panario *Buzens*, quibus quis cognoscat ſe vanam gloriam expugnare. Primum eſt, ſi moleſtè ſeras te ab aliquo laudari. Laus enim, inquit *B. Gregorius 26. moral. cap. 23.* juſtos cruciat, iniquos exaltat: ſed juſtos cum cruciat, purgat; & iniquos verò dum laudat, reprobos monſtrat. *Et poſt.* Cum verò juſti ſua præconia in Dei laudem tendere ſentiant; ea etiam deſiderabiliter amplectuntur.

Exemplum habemus in S. Auguſtino, qui agens de tentatione gloriae *lib. 10. conſeſſ. cap. 27. ep. 64.* Quotidiana, inquit, formax noſtra eſt humana lingua. Tu noſti de hac re nata gemitum cordis mei, & ſumina oculorum meorum. Neque enim facile colligo quam ſim ab iſta peſte mundator, & multum timeo occulta mea, quæ norant oculi tui, mei non.

Alterum eſt, ſi delecteris quidem aliquantulum laudibus tuis, plus tamen ipſa veritate. Conſtritor, ait *ibidem Auguſt.* aliquando laudibus meis, cum vel ea laudatur in me, in quibus ipſe mihi diſplicio: vel etiam bona leviora pluriſt estimantur, quam æſtimanda ſunt. *Et ruſum:* Quid igitur tibi in hoc genere tentationis, Domine, conſiteor? quid? mihi delectari me laudibus, ſed amplius ipſa veritate, quam laudibus?

Tertium eſt, ſi gaudes, vel cæcè optes gaudere cum Apoſtoliſ, in contumeliis, & injuriis pro Chriſto: quod altiffimum genus eſt imitandi Chriſtum, qui opprobriis ſaturatus dicitur, ut non puderet nos aliquam ſubire pro eo ignominiam, maxime cum ſapè necesse ſit: nam ut docet *S. Chryſoſt. hom. 23. in Geneſin*, fieri non poteſt, ut qui virtuti dediſſi ſunt, ab omnibus bene audiant.

Vandalorum Reges.

Quære Magiſtratus chronologicè conſideratus.

Vapor.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

VAPOR eſt halitus, ſive ſpiratio calida, & humida, quæ ex humore aquo productur: qualem videre eſt aſcendentem ex olla ſubjecto igne eſſeſciveſcente. Ex hac autem ſpiratione

tionè oriuntur nebulae, pluvia, nubes, rores, grandines, & his cognata. Unde vaporatio *ἀναθυμία* Græcè, Hebraicè *עָבַב*, quod ſumum tenem ſignificat. Diſſert vapor ab exhalatione, quod hæc firmiter terræ calidus, & ſiccus, unde facile ſtammam concipit, & in ignem mutatur, ſuntque igne impreſſiones, & metæora: unde & loco, & corpore à quo oriuntur, diſtant: quia vapor ex humidis, exhalatio ex ſiccis oritur; eſtque multò ſubtilior, ideoque altius etiam aſcendit, & penetrat, quam vapor.

VAPORIS CAUSÆ.

Si de materiali agitur, eſt Aqua, ſive Terra, in quantum ei aqua permiſcetur: unde aquæ diſgregatio dicitur aſi *Aristotele in Meteor.* & humilitatis nomine appellatur *lib. de ſenſu. c. 5.* unde & frigidus eſt propria natura.

Forma vaporis eſt eadem cum forma aquæ, in quam reſolvitur; ubi ſe ad mediam aëris regionem receperit: unde non niſi accidente ab aqua diſſert, uti & ab igne exhalationes, in quem etiam ſolvitur, quod non eſt, ſi novas, & peculiare formas ab elementis, à quibus progignuntur, acciperent.

Eſſeſcio vaporum verbo ſupra terigimus. Efficienter autem tem cauſam, in calorem vi ſolis, aut ab alio viſeſcivo, ſive extrinſeco excitatum reſciunt.

Finis eſt, ut eorum concrectione generentur nubes, & terræ ſiccitas irrigetur, ac ſecunda reddatur. Niſi velimus per elevationem vaporum, aquam, & terram nonnumquam purgari, dum noxia exhalationes inde vi caloris extrahuntur. Quamvis ubi vaporum eſt abundantia, ſequitur nonnumquam fertilitas terræ, dum ipſo humore etiam pinguedo exiſtat, ſolumque citius areſcit.

Varietas.

VARIETAS, *ποικιλία* Græcè, quæ circa plures actiones conſideratur, ſub aliis titulis, & Locis inveſtiganda eſt, ut puta.

Varia ſcribere. *Quære in loco de ſcriptione. Tit. ſcriptionis uſus, ſcribendæ exercitatio.*

Varia tractare. *Vide in loco de Exerciſatione Tit. Tractare varia.*

Variis bonis abundantes. *Ex loco de Felicitate. Tit. Felicitatis poſſeſſione ratione habita rerum, &c.*

Variis caſibus agitari. *Pete ex loco de Caſu rerum, &c.*

Vas.

DEFINITIO ET USURPATIO NOMINIS.

VAS geneſatim uſurpatur pro quovis instrumento. Hebraicè *כֵּלִים* *Celim* eodem modo accipitur, atque nomen vasis apud Latinos. Eadem Græci vocant *κεῖρα*, quæ *κεῖρα* apud Homerum *lib. 4.* atque eodem penè modo à Latinis uſurpatur vox (arma) pro quovis instrumento, cuiuscumque tandem rei.

VASORUM DIFFERENTIÆ.

Omnes vaſorum differentias assignare perquam difficile fuerit, cum ex ſumantur partim ex uſu multiplici, & vario, partim ex materia, unde ea ſunt, diverſitate. Quin & quadam ad inane oculorum ſpectaculum duntaxat pertinent: alia ad ciborum miſteria, aliaque ſervitiæ adhibentur: quæ ſi in ſplendore excedunt, vocat Clemens Alexandrinus divitiarum inſolentium argumenta, invidia, molliſque ignavia incommoda *lib. 2. Pædag. c. 3.* unde & Tertullianus laudat ea vaſa, quæ pluribus uſibus accommodantur: & Platonis teſtimonium adducit, dicenti *ποικίλων ἰσχυρίων*, id eſt, multorum vaſorum poſſeſſionem requirant.

VASA QUOAD MATERIAM DIVERSA.

Hic Vaſorum Opifices.

VASA METALLICA, ÆREA.

Hiram matre Nephthalenſis, patre Tyrius, ſummo in omni opere metallico faciendo peritiæ à Salomone rege Tyro *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.*

accertiſ, conſtat omnia vaſa ad templum neceſſaria. *3. Regum. 7.*

CORIACHA.

Ampullarius, qui ampullas, id eſt, vaſcula vinariae coctio facit, quæ ſæmorbibus alligant viatores, & peregrinantes.

VIMINEA.

Vaſa ex viminibus facta, ut quales, corbes, reſſe *Servio in 1. Georgic.* Ceres omnium prima monſtravit.

VASA QUOAD MATERIAM, QUAM

CONTINENT.

Inſtrumenta quotidiana, & neceſſaria, velut lecti, ſedès menſæ, ſupra modum fabricantur apud Spartanos concinne, & poculum Laconicum, quod Corthion dicebatur, in commendatione erat maxime ad expeditiones, ut eſt auctor Critias, quod aqua, ad quam portandam urgebat neceſſitas, ne offenderet oculos, teneretur poculi colore: & quia quod turbidi inerat, impingebat in tus, ac labris cohibebatur, potus accedebat ori purior. Hujus rei cauſa Lucurgus Legislator fuit: quippe opifices, ubi deſecerunt ab inutilibus, expreſſerunt in neceſſariis elegantia. *Plur. in Lycurge.*

VINARIA.

Juſtus doliarius Florentinus, ad D. Petri majoris ædem, nobilitatus à Joanne Baptiſta Gallo, qui dialogos ſuos Chimericos ſub ejus nomine ſcripſit, quos vocat *Caricci del Battajo*. Martinus Steinbachus viator Seceſtadienſis. *Conſule tit. hereticorum.*

OLEARIA.

Διτρεφὴς *οὐλίαν* *ἔργον* *πράξ* Diitrephes vaſis vinarii præditus aliſ. Hic homo curioſus, & importunus fuit, qui oleaginis vaſculis conſecrandis locupletatus, magiſter ingenium factus eſt, & tribus plebis homo novus, rapax, impropitius. Alii dicunt in hominem pauperem dici, ſimulandi, ac diſſimulandi neſcium: quaſi dicas, qui nihil aliud habeat, niſi doli pedes, & olla umbilicum. *Suidas.*

VASA QUO AD FORMAM.

KOTUNDA.

Speuſippus Platonis ex forore nepos, & in Academia ſucceſſor, primus quo pacto ex gracilioribus lignis capacia, & in ventrem tumentia vaſcula fierent, invenit.

VASA QUOAD USUM. OPIFICES

LUCERNARUM.

Cyrus Cambyſis F. qui poſtea Perſarum rex factus eſt, lucernarum opifex fuiſſe dicitur à Dione Chryſoſtomo, in oratione de ſervitute, & libertate.

Athenis Minervæ ſignum in arce ſanctiſſimum poſitum eſt. Lucernam ex auro deæ Callimachus fecit: in quam oleum inſuſum non conſumitur, niſi exacto demum anno, cum tamen Lucerna dies, noſteſque ardeat. Id adeo evenit, quod lucerna in eſt ligno capſo funiculus: quod linum, & unum ex omnibus, igni non conſicitur. Eminent ſupra lucernam palma antea, & quæ cum ad lacunar conſurgat, exceptum vaporem facile diſſipat. Callimachus verò ipſe qui lucernam fecit, eſt multo eſt infra ſummos artiſtes, ſolertia tamen cæteriſ longe præſtitit. Primus enim lapides terebravit: nomen verò Caccizotechnon, quaſi artiſ dicis luz calumniam, aut ſibi ipſe impoſuit, aut ab aliis impoſitum uſurpavit. *Pausanias lib. 1.*

Hyperbolus Chremidis filium, Charonis fratrem, pravitate, ac verſutia in fallendo præſignem fuiſſe ſerunt. Lucernas H quandoque factitavit, vendidit, ſed nec ſincerit, nec citra fraudem, plumbum immiſcebat arti, quo ponderoſiores factæ majus demerentur pretium: alioqui & perverſiſſimis erat moribus. Hic Tamen poſt Cleonis potentiam ductare populum Athenis adortus eſt. Primus [ut junct] ex infima nota gradum illum adeptus, cum nobiliores veteri populo coſepiſſet, ne democratiam ſolverent. Demum & ipſe teſtibus in exilium pulſus eſt, ultimus eorum, qui Oſtaciſmum pertrule, ut commemorat *lib. 8. Thucydides*, non timore aliquo potentie, vel dignitatis, verum ob pravitatem, & civitatis dedecus. In ſammum profectus, inimicorum inſidiis interit, ac deſunctus cuſeo inſutus in mare eſt præcipitatus, quod ſcribit Theopompus. Hyperboli meminit *Antiſt. ad Nicænem, & in Brito M. Tullius*, cui ſimillimum Romæ fuiſſe prodit *Servilium Glauciam*, qui ſit publicè interfectus. Andocides de eodem ſic ſere prodit: De Hyperbolo quidem dicere erubefco, cuſus per inſcripto vultu, etiamnum in Argyrocoepo (ita vocant, ubi

nino caveatur, ne plura de argento, vel de auro in possessione habeantur monasterii. Quoniam nec aurum, nec argentum, five gemmas: sed gratiam meam continuis studiis, devotis orationibus, & divinis laudibus sibi coacervabunt pro thesauro. Liebit etiam reliquias Sanctorum auro, vel argento, seu gemmis, secundum ipsarum mensuram, sine omni superfluitate operiri. Ubi vides Christum religiosae paupertatis prospicere, cum non vult profanam suppellectilem sumptuosam esse, vult tamen factam auream, argenteam, gemmeam esse.

Vates.

Quere Propheeta, Poeta, Sibylla.

Varicinium.

Vide Omen, Oraculum, Divinatio, Propheeta, Praedictio, Astrologia.

Ubiquista, sive Ubiquetarii.

Quales sint. Et unde dicti.

Ubiquetarii sunt Haeretici semi-Lutherani, qui Ubiquitatem corporis Christi asserunt, ita ut & in Inferno illud constituant, si fidem inierit. Mier. Responso ad Poesphalum. Erroris sui fundamentum hausit videntur ex illo Pauli loco, 1 ad Cor. 12. vers. 12. ubi dicit, Omnia membra corporis, cum sint multa, unum tamen sunt: ita & Christus. Hinc Jacobus Faber Stapulensis docet Christi corpus, utpote totum divinitati indivisibile unitur, localiter replere caelum, & terram, quasi suum locum, & corpus: ut sicut Plato dixit, Deum esse velut animam mundi, & velut totum mundum: sic Christi corpus utpote Deitati intimè conjunctum, sit instar divini spiritus diffusum per totum mundum, cujus quali partes, & membra sint singula locorum spatia, & corpora, quae tamen respectu unius Deitatis, & corporis Christi, quasi animae suae, unum sint corpus, puta unus mundus. Insuper hoc dogmatis portentum refutat eruditè Greg. à Valentia quatuor libris, quos contra Ubiquetarios inscribit.

Vectigal.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Ubi de varia hujus nominis usurpatione.

VECTIGAL Graece vicus, aliquando accipitur generatim, ut sub se tributum, & quamvis exactionem complectatur: & sic agri dicuntur vectigales, è quibus penditur tributum, ait Covarruvias: Strictius tamen accipitur, & proprie, ut distinguitur contra tributum, pro pensione, quae solvitur pro rebus, quae importantur, vel exportantur in civitatem, vel Provinciam: unde & nomen accipit à vehendo, vel invchendo, ut notat Lisdorus. Haec autem pensio olim octava pars fuit rerum, quae invehabantur, ut scribit Covarruv. ad reg. Peccatum p. 2. §. 5. n. 1. Verum nunc varium est pro diversitate locorum.

Secundo, vectigalis nomine etiam censetur portorium, quod solvitur pro transvectione mercium per pontes, vel flumina, & portorium dicitur, quamvis, pro omni vectigali hoc nomen usurpetur.

Tertio, quod à transeuntibus datur pro viarum custodia, vel D reparatione, quod Pedagium, vel quidagium appellatur.

Denique, quod solvitur ex rebus venditis, seu permutatis, quod Hispani Alcariala vocant, teste Medina q. 13.

Praeter haec sunt quadam onera subditorum, quae Munera appellantur à Jurisperitis, suntque triplicia, realia, personalia, mixta. Realia sunt, quae praestantur Principi è rebus subditorum, utpote à Jumentis, curribus, &c. Personalia, quae à personis exhibentur: ut cum aliquis temporibus, aut locis eum committat ex obligatione contractus. Mixta sunt, quae ex utroque praestantur, ut cum quis suis impensis, equis, armis cum ad bellum comitari tenetur.

VECTIGALIIUM ORIGO,

ANTIQUITAS, NECESSITAS.

Idem obtinet in Tributo, & quavis Exactione.

Vectigalium, ac Tributorum origo ab ipsa Regum, & Regum publicarum origine petenda est, ut quae cum illis nata, & observata constat. Nam & in Judaeis, ut eruditè hæc tradit Jul. Caf. Balingerus l. 19. de Trib. Vectig. Pop. Rom. c. 1. Aegyptiis,

Medis, Aegyptiis ubi primum reges exorti, protinus & vectigalia exorta, ut in sacris litteris videre est. Gen. c. 47. ubi regibus Aegypti pars quinta fructuum tributum nomine praestata paratur, quorum neque quies sine armis, neque utrumque sine tributis haberi possunt, ut Livius lib. 1. Decimarum jus fuit regibus, lib. 3. Reg. c. 5. In Judaea, Babylone, & Sicilia, ut Cic. in Verrem, & Aristot. in Oeconom.

Immo & ante Reges, si quæ Reip. forma, ullo tempore fuit, sine vectigalibus esse non potuit, quibus belli, pacisque munera sustinerentur. Aristot. l. 3. polit. c. 11. Nam multa, inquit, civitates pecuniis indigent, & hujusmodi quælibet, quemadmodum domus, sed & magis, lib. 8. c. 8. Opus est possessione, urbibus. Civitati oportet primum esse alimenta, postea artes, tertium arma, praetera pecuniarum habendam facultatem, ad usus proprios, & ad bellum.

Vectigalia autem vel ad domesticos regie domus sumptus, vel ad exercitus, vel ad populum alendum, vel ad magistratus, & onera publica relata sunt. Novel. 39. Nulla alia de causa sunt vectigalia, quam ob publicum, ob regem, & reginam.

Babylon regi Persarum in singulos dies singularum argenti artabas admettebatur, teste Herodoto lib. 1.

Indi quartam fructuum partem regibus quotannis pendebant. Diod. Sicul. lib. 1. c. 10.

Cappadoces Peris quotannis super argentum, mille & quingentos equos, mulorum duo millia, ovium quinquaginta millia praestabant, Strabo lib. 11.

Aspendii Dario quinquaginta talenta, & equos, teste Arriano lib. 1. de reb. Alexand.

Medi duplo amplius quam Cappadoces Peris pensabant. Strabo ibidem.

Dario Jones, Magnetes, Eoles, Cares, Lycii, Melienses, Pamphili quadringenta argenti talenta. Herodot. lib. 3. Myli, Le di, Alysonii, Cabalii, Hygennenses quingenta talenta. Phryges, Thracæ, qui Asiam incolabant, Paphlagonæ, Mariandes, & Syrii trecenta, & sexagena talenta. Herodotus ibidem.

Erant Alexandro Magno in annuo vectigali, & tributo triginta millia talentorum, Auditor Justin. Herod. lib. 1. Circa Babylonem canum Indicorum tanta vis alcebat, ut ad praebenda eis cibaria quatuor in eodem agro magni vicatitributi essent, aliorum tributorum immunes.

SESSOSTRIS Aegypti rex Aethiopes, qui ad meridiem spectant, aggressus, victos acie tributum pendere coegit Ebenum, aurum, & Elephantorum dentes. Herod. lib. 3. Diodor. Sicul. lib. 2. c. 1. Plin. l. 12. c. 4. Herodotus Ebenum Aethiopia intelligi maluit, in tributum vicem Regibus Perfidis, è materia ejus centenas phalangas tertio quoque anno pensitasse Aethiops, cum auro, & ebore prodendo. Herodotus tamen ducentas phalangas posuit.

Colchi centenos pueros pendebant, & totidem virgines reliquorum immunes. idem lib. 3.

Leptis in Africa sub Romanorum imperio libera fuit, teste Plinio, lib. 5. c. 4. Carthaginiensibus autem singula talenta in singulos dies praebat. A Julio Caesare tricenis centenis millibus pondo olei in annos singulos multata est. Hirtius de bello Africo.

Macedones ex offso ære singula talenta in dies Alexandro pensarunt. Circa Philoppos enim metalla erant, quorum tanta crescut deflecta, aurumque manifestum producut, ut Aristot. lib. 2. de meteor. c. 2.

HERODOTUS vero de Persici regni vectigalibus agens subjungit. A Cilicibus, inquit, equi albi sexaginta, & trecenti, unus in singulos dies, & quingenta argenti talenta, ex quibus centum quadraginta in equites impendebantur, qui Cilicæ praesidio erant, trecenta, & sexaginta ad Darium redibant. Haec fuit quarta portio. Caetera petenda, ex eodem Herodot. lib. 3. ubi omnia tributa, & vectigalia numerantur, quae regi Persarum pendendi moris erat.

Magneis Ahae quotannis quinquaginta talenta pendit Artaxerxi. Thucyd. l. 1. quæ Themistocli ad panem data est.

Pæones regi suo duas auri glebas pensarunt, quarum altera duorum, altera trium auri pondo esset. Aristot. lib. 2. de meteor. c. 2.

Cheroneus, Mithridati Eupatori modiorum 180. millia frumenti cum ducentis argenteis, ait Strabo lib. 7.

CÆSAR Gallia imperavit annum H. S. quadringentes Suetonius, & Europius lib. 6. c. 6. id est, millionem unum.

Lipsum legendi putat quater milles H. S. id est, decem milliones: Sed è Gallis diuturno bello exhaustis id temporis tantum vectigalis refici potuisse credibile non est. Vulgata igitur lectio non movenda.

In

In Graecia non omnes patri vectigalium onere premebantur, A ut Thucydides lib. 7. Methymni quidem naves non tributum pendebant. Tenedii, & Aenei vectigales erant. Chii tributorum immunes, navibus tantum pra standis obnoxii, caetera liberi. Et lib. 4. E Sparta quotannis ad Cytheram transibat Magistratus juri dicundo.

Ssrabo l. 8. Lacones praeter amicorum ministeria nihil aliud contulerunt.

Denique nulla penè gens unquam fuit, quæ regibus suis, & magistratibus tributa de publico non solverit. Tacitus l. 13. Crebris populi flagitationibus immodestiam publicanorum arguentis dubitavit Nero an cuncta vectigalia omitti juberet, idque pulcherrimum donum generi mortalium daret. Sed impetum ejus multum prius laudata magnitudine animi attenuere Senatores, dissolutionem imperii dicendo, si fructus, quibus Respublica sustineretur, diminuerentur.

CONDITIONES REQUISITAE, UT

VECTIGALIA JUSTA CENSEANTUR.

Pote ex loco Tributorum, cum utrorumque eadem sit ratio.

VECTIGALIA EXIGENDI

FORMA VETUS.

Et hæc etiam in Tributi exactione locum habet.

In exigendis vectigalibus (sædem intellige de Tributis) sub Imperatoribus servata est forma fœrata est, juxta quam tradit I. Caf. Buling. supra, cap. 23. in singulis civitatibus ex ordine decurionum unus eligebatur susceptor, qui indicium cuique auro susciperet, & mitteret ad praesidium thesaurorum. Hæc largitionum pecunia rhdus curis publici ad Comitatum missa quingentis auri libris mille argenti rhdæ impositis, quam duo Palatini cum tribus fœris secuti, neque hi cum avertis, & per aon quingentarum librarum excedere possunt C. Theod. lib. 8. de car. si pub. lib. 47. sexaginta libras sella cum fœris, triginta quaque vero averta non transeant, lib. 7. c. de susceptor. Diu minime penes ipsos susceptores maneat facta collatio, sed statim quodcumque à susceptore fuerit extolatum sacris thesauris inferatur.

Exactoribus quotannis mltabantur judicaria sedulitate, ne tenerentur in continua vexatione provincialium potestate velut concussionum denominatione, lib. 4. eod.

Qui comitabantur rhdas, dicebantur prosecutores auri publici, l. 1. C. de auri pub. prof.

Tabularii civitatis, omnium, qui tributum, vel canonem solvere debent, nomina scribunt, & ducentariis, ac sexagenariis apparitoribus exigenda tradit, illi exacta susceptori dant. Constantin. August. lib. 1. de exact. tribus.

Tucenarii, & centenarii, non prius debent aliquem ex debitoribus convenire, quam à Tabulario civitatis nominatim accipiant breves debitorum. Quam quidem exactionem sine omni fieri concussione oportet, l. 5. eod.

Apparitores quicumque in collationem auri præcepti fuerint, adhibere officii sui servitium, titulorum debita, & collationum summas relationis suæ fide, & adnotatione perferant, sique ex Officialis instructione officium consicium, quid exactum, quidve prælatum esse videatur, ne longinquate, itineris diversitate susceptor abductus, & curiae suæ delit, & rei familiaris detrimenta sustineat.

Susceptor autem solvens Apocham facit, in qua nomen solventis, summa causa, dies, consil, mensis ascribitur, & statim ad locum thesauri exactam pecuniam mitti, & securitate accepta, is, qui solvit molestiam pati, aut iterum D interpellari non debet, lib. 2. C. de Apochis publicis. Semel securitatem de refusione munerum emissam ab alio judice non liceat rescitari, si tamen trium coherentium sibi annorum Apochas, securitatem quoque proleat, l. 3. eod.

Vectigalia pro advectis mercibus stationarii milites opportunitate loci depositi exigebant, & Apochas scribebant, exactamque pecuniam ad praesides mittebant, inde ad Comitum thesaurorum, l. 1. Universis, C. de Vectigal.

Univerfi provinciales pro his rebus, quas ad usum proprium, vel ad siccum inferunt, vel exercendi juris gratia revehunt, nullum vectigal pendant. Milites illi stationarii olim instituti ad arcenda latrocinia, ut Suetonius in Tiberio cap. 19. Deinde fuisse Irenarchas, l. 1. C. de Irenar. l. 4. & 2. D. de servis fugit.

Erant autem, qui licitatore vectigalia, quæ penes illum manebant, qui superior in licitatione extitisset, ita ut non minus quam triennii sine locatio concluderetur.

EXACTORES VECTIGALIIUM.

Pendantur ex loco de Publicanis.

EXACTIONIS SEVERITAS.

Tributorum, & vectigalium exactio tanta diligentia, vel severitate potius fiebat, ut qui solvendo non essent, ad solutionem tributariae functionis suspendiis adigerentur. Sidorius cap. 13.

Nam nunc mensa loquax tacet tributo.

Quæ pro Virgilio, Terentioque,

Sextantes legis, unciasque fisci,

Marisque timet manum, ac rudentem.

Qui Phæbi ex odio vestigiore,

Nunc suspendia vatibus minatur.

Marisæ enim statua in foro collocata manu funem gestans, quo litigatoribus improbis suspendia minabatur. Plin. lib. 16. cap. 45. Ibi Platanus ostenditur, ex qua pependit Marisias victus ab Apolline.

Novel. Theodos. de Indulg. reliq. Innumetæ deinde clades, sæva custodia suspendiorum crudelitas. Novel. Major. de Indulgent. Cum non jam amissio fortunatum, sed sæva custodia, & suspendiorum crudelitas formidaret. Ideo sæpe seditiones motæ, cum novum, aut grave tributum indicitur.

Libanus ad Theodos. de seditione. Venerunt litteræ, quibus aurum imperabatur, res jam olim terribilis, etiam cum id crederetur, quod eo usque non erat creditum. Et cum terra tantum onere ferre non posset, cogitantes eorum corpora in extremis necessitatibus futura, homines quidem illis tacentibus turbas fecerunt, status Imperatoris deiecerunt.

Videatur etiam Locus de Exactione, & Exactoribus.

VECTIGALIIUM VARIETAS.

IN GENERE.

APUD ROMANOS.

Constat olim vectigalium nomen tum ad res ipsas, puta merces, aliaque usu consumpibilia; tum ad agros translatum fuisse, ut è quibus ea etiam pendebantur. Unde & agri vectigales appellati, quorum originem Appian. lib. 1. Civil. tangit in hæc verba: Romani nunc hos, nunc illos subiciendo, parte agri multabant. Si quæ autem terra bellorum injuria inculta remanebant, per præconem eas assignabant colere volentibus, parte decima fructuum sibi retenta in agris facturis: in plantariis, & arboreis, quinta. In pastionibus certum pretium definebant, in capita majoris, minorisve pecoris. Vocabant autem vectigal, nomine desumpto à re, ex qua pendebatur, sic mobile vectigal dicebant, quod pro rebus mobilibus, puta venaliis, solvebatur, l. ult. D. de Public. §. quoties.

Erant quoque vectigalia alia certa, alia incerta. Certum erat definita stipendii summa, unde qui illud pendebant; stipendiarii dicebantur, vel tributarii, ut apud Jul. Caf. l. 1. Belli Gall.

Incertum autem propriè vectigal erat, de quo antè. Atque illud tribus maxime rebus apud Romanos definebatur. Portorio, Decumis, Scriptura. De Portorio diximus nonnulla in initio hujus loci. Decumane erant pars decima fructuum. Hinc agri decumani dicti, vel Decumates apud Tacitum. Scripturam appellabant vectigal, quod è pascuis percipiébatur, eo quod publicanus rationem eorum, quæ pendebantur, scribendo iniret, & colligebatur ex pecoribus, quæ agros publicos depasciebant, quod etiam vectigal, Pascua dicebatur.

IN SPECIE VECTIGALIIUM.

UTPUTA QUARUM RERUM.

Commerciorum.

Qui commercia tractabant, octavam pendebant Romanis lib. 7. de vectigal. & commiss. Erantque Comites commerciorum, qui stationarios suos in limitibus habebant, per quos à mercatoribus vectigal exigebant, & impediabant, ne ad barbaros deferretur æs, ferrum, arma, frumentum. Unde inter Romanos, & Persas conventum scribi Menander in Eclogis, ut mercatores Saraceni, & Barbari certis tantum, ac definitis itineribus merces intra fines Imperat. Romani deferrent. Pro his autem rebus, quæ exportarentur, fonsique venderentur, solvebantur Exoprasia.

PRO LOCORUM USU.

Erant etiam vectigal, quod Meseticum dicebant Imperatore Comeno, quod pro loco in foro distrahendis mercibus conducto pendebatur. Mese enim forum dicitur in glossis, & apud

h. ult. quia forum in medio urbis erat.

Solve.